



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. VI. Taxativa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Quam regulam pati multas instantias, testis est Scharf. *disp. Metaph. 10. append. 2. axiom. 10.* Idcirco cautelas has observari svidet (1.) Prædicatum, juxta quod duo invicem comparantur, debet ambobus competere seu utrique, nec (2.) formaliter debet recipere magis & minus, (3.) debet esse diversum numero respectu utriusque; alii etiam addunt (4.) quod valeat in causis per se insufficientibus ejusdem generis. Quod si ergo una harum conditionum desit, non valet Axioma, v. c. non valet hæc collectio: Homo incalcescit vino, seu calidus est propter vinum: Ergo vinum est magis calidum, quia scilicet prædicatum illud, calor, non competit ambobus subjectis, cum vinum non sit calidum formaliter. Similiter non valet: Filius est homo propter patrem: Ergo magis est homo, quia scilicet esse hominem, non recipit magis & minus. Ita non valet: Homo videt propter oculum: E. oculus magis videt, quia visio hominis & oculi est una numero, non diversa; neque etiam valet hæc collectio: paries est albus propter pictorem dealbantem: Ergo pictor est magis albus. Respondemus enim & Æthiopem esse posse pictorem, albedo enim pictoris non est causa per se & necessaria, secundum quam influat effectus in parietem, cum per albedinem sitam in penicillo paries dealbetur.

Limitari etiam solet ea, ut non procedat, quando tertium comparationis membrum non, utrique inest, vid. Dannhaw. *q. 3. de fortitudine. §. 86.* ita videmus cognatos viri & uxoris fieri inter se affines, cum tamen vir & uxor invicem non sint affines.

CAP. IV.

Talio.

Axioma I.

Lex Talionis omni jure est recepta, Vasquez *lib. 1. illustr. contr. cap. 24. n. 16.* Quod enim tibi non vis fieri, alteri non feceris, & viceversa: quod quisque sibi fieri velit, id etiam aliis tribuere & permittere debet, *Matth. 7. v. 14. can. 1. distinct. 1. can. justum. 2. distinct. 9. cap. pro illorum 22. de præbend. Wesemb. in parat. quod quisq. jur. statuer. in aliis eo ut. n. ult. Aleman. consult. 8. P. 3. pag. 808. Speckhan. centur. 3. class. 1. qu. 5. apud judicem enim d. strictum, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, cap. qualiter. 17. de accus. Hinc Augustin. in can. si ducturi 2. caus. 32. q. 6. si ducturi estis uxores, servate vos uxori- bus vestris: Quales vultis eas invenire, tales & ipsæ inveniant vos. Quis juvenis est, qui non castam velit ducere uxorem? Et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? Intactam quæris? Intactus esto. Puram quæris? Noli esse impurus. *jung. can. ult. eod. & can. apud nos 20. caus. 32. q. 5.**

Limitationes hujus regulæ varias vid. in tractatu meo de obligationib. success. in offic. cap. 7. th. 2. Itaque Fiscus usurar accipit, non dat. *Perez. C. de Fiscal. usur. n. 4.*

II.

Talionis pœna puniri debet, non probans, quod intendit contra alium, c. 1. extr. de cal. unde & talionem recipiat calumniator, si in accusatione defecerit, cap. calumniator. & seq. 2. qu. 3. l. fin. Cod. de calumm. generali tamen consuetudine hodie eo deventum est, ut pœna Talionis amplius locum non habeat, prout testatur Covarruv. *variæ. resolut. lib. 2. cap. 9. num. 1.* Egid. Bossi. in *tract. caus. criminal. titul. de accusatione. num. 17. & tit. de prævaricat. n. 8.* Si manc. de heretic. cap. 62. n. 55. Salicet. in l. non ideo minus. n. 3. Cod. de accusat. Cacheran. de cis. 19. n. 3. Alciat. lib. 9. parerg. jur. cap. 8. lit. b. Clar. *recept. sentent. lib. 3. §. fin. q. 12. n. 7. vers. ratio autem. & q. 81. n. 3.* ubi addit, pœnam Talionis consuetudine ob hanc rationem abolitam esse, quod propter rigorem hujusmodi pœnæ multi ab accusatione abstinere, & pauci repeterentur, qui cum capitis sui periculo vellent accusationes criminales proponere, vid. Menoch. in *tract. de arb. judic. cas. 722. n. 3.* Zaf. in l. 1. §. editiones. n. 14. de edend. Regner. Sixtin. 3. consil. 16. n. 11.

CAP. V.

Tarditas.

Tarditas & negligentia pari jure censentur, & tarditas in causis publicis latæ culpæ tribuitur, *Perez. C. de Fabricens. n. 13. seqq.*

CAP. VI.

Taxativa.

Taxativa oratio est negativa residui vel exclusiva illius, quod oratione non est expressum, Bart. in l. 1. num. 1. vers. pro cuius declaratione. ff. si quis jus dicent. non obtemp. ibidemque *Jal. n. 9. vers. regula est. col. 3. in princ. vid. Wesemb. 7. consil. 301. n. 15. & seqq.* Dictiones enim taxativæ affirmative positæ excludunt ex proprietate sermonis omnes casus, & personas, & quicquid denique ab eis non est inclusum, c. cum Ecclesia Sutrina 3. §. pars Canoniorum extr. de caus. poss. & propr. Bald. in l. si quis ex consensu. in 2. notab. C. de Episcop. audient. & in l. ita nobis pudor. n. 1. C. ad L. Jul. de adulter. Dec. in l. 1. col. 3. vers. ex quib. etiam inferitur. C. de honor. poss. contr. tab. Abbas in d. cap. cum Ecclesia. §. pars Canoniorum. num. 9. col. 2. Bellamer. n. 16. vers. 5to. opponitur. col. 8. in fin. & Butr. num. 18. col. 5. in princ. Felin. in cap. contingit. num. 2. vers. per istum textum in verb. col. 1. extr. de fid. instrument. Castrenf. in l. rationes. §. ejusdem juris. num. 2. C. de probat. Ripa in l. si constante n. 2. vers. ista regula. col. 19. solut. matrim. Curt. jun. in l. 1. num. 7. vers. secundo habetis. ff. si quis jus dicent. Unde in materia odiosa, non favorabili, hoc maxime procedere, declarant Bart. in l. si constante. num. 42. quasi. 9. vers. contr. secundum membrum. col. 7. ff. solut. matr. quem sequuntur Castl. in l. si mori. n. 3. vers. in textu, ibi dolum.

malum. col. 1. ff. eod. ibique Aretin. in 2. notab. col. 1. Bald. in l. nullus. in fin. C. ad L. Jul. Majest. Tiraquell. de retract. convent. §. 1. gloss. 6. num. 6. vers. nam & dictio taxativa. Everhard. in loc. Top. loc. 72. vers. secundo limitatur, de modo arguendi. Cravett. de antiq. temp. in cap. transeo nunc 120. vers. sublimitatur, in quarta parte. Cephal. consil. 257. pactum n. 24. vers. bene facit. vol. 2.

Declara & limita I. non procedere, quando produceretur juris correctio: respectu enim contrarietatis potest extensio fieri non obstante taxativa, Bart. in l. 8. §. cum Titio. ff. de adim. legat. & in l. 1. ff. si quis jus dicent. non obtemp. Joh. de Imol. in l. si vero. quam exponit in l. dotalem. §. de viro. n. 23. vers. an autem per distinctionem taxativam. col. 5. solut. matrim. Anchar. in cap. canonum statuta. n. 239. vers. quero juxta predicta. col. 95. extr. de constit. Corn. consil. 172. in hac consultatione. lit. E. vers. binc alias dubitatur col. 3. vol. 4. Aretin. consil. 27. proponitur. n. 4. vers. praterea per tacitos. col. fin.

Declara II. non procedere, quando extensio fieret autoritate alterius Legis extensionem facientis, ut patet in l. 1. ff. si mensor. falsi. mod. dixer. l. contractus 23. ff. de R. l. Salicet. in l. 1. C. de bon. poss. contr. tab. Bart. in ob. es. C. de prad. minor.

Declara III. non obtinere, quando sumus in dispositione favorabili & pia: nam tunc licet Lex non extendat, potest tamen ab homine fieri extensio ad casum similem vel eandem, aut similem rationem continentem, Bart. in l. servi nomin. ff. de usufruc. Castr. in d. l. si mori. n. 33. col. 1. ff. solut. matrim. ibique Aretin. in 2. notab. col. 1. etiam si taxativa esset geminata, Alex. consil. 103. n. 6. vers. nec obstat, quod dicatur. col. 3. vol. 4. Cagnol. in d. l. 1. n. 13. vers. limita predictam. ff. si quis jus dicent. vel si taxativa consisteret in materia indifferenti, h. e. quæ nec multum favorabilis, nec multum odiosa esset. Roman. consil. 456. n. 4. vers. tertio deducitur. col. 2. Cravetta in cap. transeo nunc. sub n. 120. vers. amplius licet. dispositio in quarta parte. de antiq. temp.

Declara IV. quod sicut taxativa non excludit casus similes per alias leges expressas, vel casus eos, in quibus est eadem ratio, Bachov. 1. disput. 25. thes. 7. lit. f. ita etiam non excludit ea, quæ de consuetudine veniunt, Felin. in c. Pastoralis. vers. limita tertio. col. 2. extr. de offic. ordin. Cott. in verb. tantum vers. ulterius etiam est notandum. lib. memor. maxime si esset licita, Everhard. d. loc. 72. vers. tertio istud limitatur.

Declara V. quod taxativa non excludat casus similes, quando non excludendo redundaret absurdus intellectus, Angel. in l. cum notissimi. col. 2. vers. & nota bene quod dicit. C. de prescript. 30. annor. Jas. in l. si constante. n. 79. col. 15. vers. praterea dictiones taxativæ. ff. solut. matrim. & in dict. l. 1. n. 11. vers. pro ista fallentia. col. 2. ff. si quis jus dicent. non obtemp.

Declara VI. quod non excludat ea, quæ sunt de natura contractus. Clem. exiv. §. cum autem naturæ de V. S. Felin. in cap. cum causa. n. 3. vers.

obstat istis. col. 2. in fin. extr. de sent. & re judic. Jas. in l. actionem. n. 4. vers. ego sequor. col. 2. C. de procurat.

Declara VII. idem esse de iis, quæ sunt de accessoriis vel appendiciis ad actum, Cravett. d. loc. n. 121. Anan. consil. 36. n. 3. quem sequitur Curt. jun. consil. 129. presupponitur, in fin.

Declara IX. quod non procedat etiam in his, quæ sunt majora expressis, v. c. si concederetur alicui jurisdictio specialiter & taxative, non tamen censentur exclusi alii judices majores, quibus ordinaria rei cognitio competebar, Bald. in consil. 253. visis omnibus predictis. n. 2. vers. sed predictio obstat videretur.

Declara IX. quod taxativa non excludat, quando aliter de mente disponentis, puta si collector habuerit potestatem substituendi unum subcollectorem tantum, nihilominus tamen plures substituere, nimirum unum post alium ex verisimili mente restatoris potest, Rota in decis. 265. si collector in novis.

Declara X. non subsistere quando adesset æquipollens. Castren. consil. 157. ad primum. quasitum. col. 1. vers. sed certe etiam attentæ forma. vol. 2.

Declara XI. quod taxativa non aspernetur similes personas, qualis est persona heredis & defuncti, Dec. consil. 211. viso puncto in fin. per leg. si necessarias §. de vendendo 4. ff. de pignorat. act. l. stipulatio ista 38. §. sed si quis. ff. de verborum obligation. Gozadin. in consil. 60. prima facie. n. 20. vers. nono col. 4. Bertachin. in mult. de Gabell. q. 12. n. 35. vers. item verum est. P. 1.

Declara XII. ut taxativa in rescriptis non excludat ea, quæ sunt magni præjudicii, & regulariter à rescribente non soleat excludi, puta, si Princeps rescriberet, ut talis procedat super meritis causæ tantum, & nullas exceptiones admittat, tum poterit iudex admittere exceptiones sub & obreptionis contra rescriptum, & suspicionis contra iudicem & falsi procuratoris, & alia similia, quæ magni sunt præjudicii, ut tradunt eleganter Capoll. consil. 63. Duo sunt. n. 15. vers. plus etiam dico, quod si Rex. col. pen. in civilib. Cravett. in d. cap. transeo nunc. n. 123. vers. nunc non procedit, p. 1. de antiq. temp.

CAP. VII. Temeritas.

Axioma I.

Temerarium omne repellitur, cap. multi in med. 2. quasi. 1. ita temerarium iuramentum non servandum esse, textus est in cap. sicut 13. extr. de iurejur. quamvis non repellat à testimonio, cap. venemilis 11. extr. de testib. cog. ita temerariam audaciam appellantium & effrenatam appellacionum frequentiam refranari debere mandat cap. quavis 10. de Election. in 6. quin imò & temerè litigatorem, iudici, coram quo litigat, con-